



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput centesimum decimum septimum. Jesus panis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

511

Joh. 6. 54, & seq. *Dixit ergo eis Jesus, Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die: caro enim mea, vere est cibus; & sanguis meus, vere est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem; & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & morui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in eternum.*

Act. 2. 42, 46. *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus Quotidie quoque perdurantes unanimiter in Templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis Et Act. 20. 7, 11.*

1. Cor. 10. 16, 17. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.*

1. Cor. 11. 23, & seq. *Ego enim acceperī à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens friguit, & dixit, Accipite, & manducate; hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenavit, dicens, Hic calix Novum Testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec venias. Itaque quicunque manducaverit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.*

CAPUT CXVII.

Jesus panis.

MICH. 5. 2. *Et tu, Bethlehem (בֵּיתְהַלְּכָם), hoc est, Domus panis Ephrata, parvulus es in milibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israël, & egressus ejus ab initio, à diebus aeternitatis.*

JOH. 6. 35, & seq. *Dixit autem eis Jesus, Ego sum panis vita; qui venit ad me, non esuriet Murmurabant ergo Iudei de illo, quia dixisset, Ego sum panis vivus, qui de celo descendī Respondit ergo Jesus, & dixit eis, Ego sum panis vita. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & morui sunt. Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Ego sum panis vivus, qui de celo descendī: si quis manducaverit ex hoc pane,*

PROPOSITIO IX.

vivet in eternum; & panis quem ego dabo,
caro mea est pro mundi vita..... Hic est pa-
nis, qui de celo descendit. Non sicut man-
daverunt patres vestri manna, & morie-
sunt: qui manducat hunc panem, vivet in
eternum.

CAPUT CXVIII.

Agonia Jesu.

PSALM. 54. 4, 5. Cor meum conturbatum
est in me, & formido mortis cecidit super me.
Timor & tremor venerunt super me, & con-
texerunt me tenebre.

Psalm. 108. 22. Libera me, quia egenus &
pauper ego sum, & cor meum conturbatum est
intra me. Sicut umbra cum declinat, ablatus
sum: & excussus sum, sicut locustae.

MATTH. 26. 36, & seq. Et assumto Pe-
tro, & duobus filiis Zebedai, caput confrictari
& mæstus esse. Tunc ait illis, Tristis est ani-
ma mea usque ad mortem: sustinet hic, & vi-
gilate mecum. Et progressus præfatum procidit
in faciem suam orans, & dicens, Pater mi-
si possibile est, transeat à me calix iste; verum-
tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et
Marc. 14. 33, & seq. Luc. 22. 42, & seq.

CAPUT CXIX.

Jesus comprehenditur, & funibus constringitur.

PSALM. 58. 1, & seq. Eripe me de inimi-
cis meis, Deus meus, & ab insurgentibus in me
libera me. Eripe me de operantibus iniquita-
tem, & de viris sanguinum salva me. Quia
ecce ceperunt animam meam; irruerunt in me
fortes.

Psalm. 70. 10, 11. Quia dixerunt inimici
mei mibi: & qui custodiebant animam meam,
consilium fecerunt in unum, dicentes, Deus de-
reliquis eum, persequimini, & comprehendite
eum, quia non est qui eripiat.

Thren. 3. 52. Venatione ceperunt me quasi
avem inimici mei gratis.

Thren. 4. 20. Spiritus oris nostri Christus
Dominus captus est in peccatis nostris.

MATTH. 26. 50, & seq. Tunc accessi-
runt, & manus injecerunt in Jesum, &
tenuerunt eum..... In illa hora di-
xit Jesus turbis, Tanquam ad latronem exi-
stis cum gladiis & fusibus, comprehendere
me. Quodidie apud vos sedebam docens in
Templo, & non me tenuistis. Hoc autem factum
est, ut adimplerentur Scriptura Prophetarum.
Et Marc. 14. 46, & seq. Luc. 22. 52, & seq.
Joh. 18. 12.

Matth. 27. 2, & seq. Et vinum adduxer-
unt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Pre-
fidi. Et Marc. 15. 1.

CAPUT CXX.

Iesum Discipuli sui deserunt, Petrus palam ejurat.

PSALM. 21. 12. In te projectus sum ex
utero: de ventre matris mee Deus meus es
tu: ne discesseris a me, quoniam tribulatio pro-
xima est, quoniam non est qui adjuvet.

Psalm. 68. 9. Extraneus factus sum fratri-
bus meis, & peregrinus filii matris mee.

Psalm. 68. 21. In conspectu tuo sunt omnes
qui tribulam me; improprium expectavit cor
meum & miseriam. Et sustinui qui simul con-
tristaretur, & non fuit; & qui consolaretur,
& non inveni.

Psalm. 87. 9, & seq. Longe fecisti notos
meos a me, posuerunt me abominationem sibi.
Traditus sum, & non egrediebar; oculi mei eras.

MATTH. 26. 31, & seq. Tunc dicit illis
Jesus, Omnes vos scandalum patiemini in me
in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam
pastorem, & dispersentur oves gregis.....
Respondens autem Petrus ait illi, Et si omnes
scandalizati fuerint in te, ego nunquam scan-
dalizabor. Ait illi Jesus, Amen dico tibi, quia
in hac nocte ansequam gallus caneret, ter me
negabis. Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me
mori tecum, non te negabo. Tunc Dis-
cipuli omnes relieto co fugerunt Petrus
vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum
una ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilao
At ille negavit coram omnibus dicens,
Nescio